

non vero munere parochorum, quia parochiae beneficiatae ibi non existant, aliae vero pertineant ad conventus Fratrum Minorum ex determinatione ipsius S. Congregationis, nec non ex voluntate civilis potestatis imperii othomani.²¹¹

Neque alterius sententiae erat ultimus Vicarius Apostolicus Bosnae, episcopus Paschalis Vučić, qui cuidam sacerdoti germanico nomine Carolo Gabl parochiam pro advenis Germanis prope civitatem Banjaluka enigere petenti sollempniter cappellaniam localem a limitrofa parochia franciscana dependentem concessit. Hoc vero fecit, quia totalem curam pastoralem in Bosna ad Franciscanos pertinere aestimabat sibique hujusmodi jus infringere non licere.²¹²

Remanet ergo in comperto solos Franciscanos in Bosna et Hercegovina fuisse et fieri potuisse veros parochos, quia omnes et singulae parochiae eorum conventibus adnexae erant, ab ipsis quoque providendae.

Ulterius ex praecedentibus patet opinionem a P. Petrović, incidenter exhibitam, illos nempe presbyteros parochos fuisse sequenti complemento et interpretatione indigere. In

²¹¹ »Quanto poi all' instanza fatta a c'otesta S. Congregazione, che questi preti sieno dichiarati missionarij, se ciò s'intenda ch' egliano esercitino in diversi luoghi l' ufficio di cappellani, è superflua una tale instanza, mentre infatti lo esercitano tutti quelli, in cui si è utcumque scorsa qualche abilità.

Se poi si pretende, che sieno dichiarati parochi perpetui ed irremovibili; oltrechè simili perpetue parochie da noi non si trovano, in qualunque modo, non sembra espeditivo, ch' egliano in capite ottengano alcuna di queste, benchè precarie, parrocchie. A ciò ben comprendere prego V. Eminenza ad aver la clemenza di refflettere, che essendo tutta questa missione, e legittimamente da c'otesto sagro tribunale, e per assoluto turcico volere con autentico diploma addossata a soli questi religiosi conventi (de quali ora per puro miracolo esistono soli tre), li stessi conventi e li religiosi hanno tutto il peso di corrispondere alle enormi continue avvanie de Turchi, i quali non cercano li preti, ma li guardiani de conventi in tutte le spessissime angherie e vessazioni, a motivo della nostra santa Cattolica religione«. Archivum Prop., Bosna, 1798—1818, v. 9, f. 523r—524r.

²¹² Gavranović, Uspostava, 13—14. In responso ad praefatum sacerdotem et sequentia scribit: »Notum D. V. erit Missionem hanc jam a 400 annis concreditam reperiri Provinciae huic regulari P. P. Franciscanorum juribus et privilegiis communitae, quae episcopus non infringere sed revereri debet«, Ibidem, 14 nota 30.